



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

In itinere suo apud omnes bonum odorem reliquit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

Nouembris anno M. DC. XVIII. comitante *Romam ē  
Belgio Ioā-  
nes profi-  
citur.*  
Bartholomæo Pennemanno, egregiæ virtu-  
tis ingenijque adolescentे, qui Romam vñā ciscutur.  
cum eo ad Theologiæ studia ablegabatur.  
Sed is cùm sanguinem spuere in Germanico  
Collegio cœpisset, Neapolim missus Medi-  
corum arbitrio , ibidem supremum diem  
clausit. Mirabatur Ioannes vnde sibi fors il- *Quantum  
la obuenisset studendi Romæ in celeberrimâ  
illâ Societatis Academiâ , nihil admodum  
(vt sibi videbatur ) habenti, quo beneficium *dere posse.**  
tantum mereretur. Gaudebat autem , dum  
secum cogitaret, se Romæ visurum in primis  
Vicarium Christi, Ecclesiæ Catholicæ caput,  
Præpositum Generalem Societatis Patrem  
Superioremque suum ; tot loca sancta , tam  
multiplices Sanctorum Reliquias , monu-  
menta Principum Apostolorum ; illud de-  
nique particulatim , quod tumulos indige-  
tum nostrorum venerari Romæ posset ; in-  
deque facilitis sperabat in Chinas aut aliò  
ad infidèles se amandari. Iter per Pari-  
sios Lugdunumque instituit cum socio : ac *Initinere  
quamuis non amplius nocte vnicâ singu-*suo apud  
lis in Domibus permaneret, quacumque ta-*omnes bo-  
men iter faciebat , ita se eius virtus prode-*num odo-  
bat , vt multis ē locis in Vrbem de laudibus  
Iuuenis litteræ sint dimissæ . Anno infe-*rem relî-  
quenti , dum per eadem Collegia iter ha-*quit.**  
beret****

beret is qui fuerat Ioannis in Tyrocinio Magister, multi ei gratulabantur tam insigni discipulo, quem Tyronem instituisset, quique tam egregiae indolis specimen, tam suauem virtutis suae odorem, quaquam iter tenuerat, late dissipasset. Lauretum ambo venere perugilio Dominici Natalis; visitatoque Sacrario illo, in quo Verbum diuinum humanis sese induit artubus, coepit Ioannes cum Collegij Ministro agere de sanctimoniam beati Aloysij Gonzagæ, deque suo quo ardebat visendi sepulchri eius desiderio narrare.

*Reliquias  
B. Aloysii  
fibi datas  
honorat.*

*Orantis  
habitus ac  
religio.*

Tum Minister particulam ei Reliquiarum beati Aloysij est impertitus; quam ille veneratione summam iuxta ac gratitudinis significatione accepit. Nocte Natalem praecedente, etiamsi itineris longinquitate fatigatus, etate simul conditioneque naturæ infirmus, interesse tamen voluit cærimonijs Matutinis, quæ Religione maximam rituque solemini in Æde Lauretanâ peraguntur. Interfuit autem genibus perpetuo nixus, oculis numquam sublatis, corpore immoto, tantam religionis, tantam collecti animi significatione, ut omnes conuersis in eum oculis rapti, mox etiam intentis digitis admirabundi alter alteri eum commonstrarent. Nonnulli considerato externo illo indolis habitu, suspicati ab eo de industria plus solito modestia sumptum,